UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

ſumantur eſſe allodialia, etiã in fortioribus terminis, cũ in ſpecie, in qua ꝯſuluit, quã plures aduerſarentur p̃ſumptiones illis, qui dicebãt eſſe allodialia, &ne ſim
158 merus relator, eius dicta inſpici poſſunt.¶ Alia† rõne etiã vr̃, fiſcum agentẽ poſſeſſorio recuperandæ repellendum eſſe, cum facto, & contractu ſuo quodãmodo ſaltem mediatè à poſſeſſione, quam alias habuiſſe prætẽdit, cecidiſſe dicatur. Nam conſiderandũ eſt, ꝙ poſt mortẽ Deiphœbi antiquioris de d. Marchionatu inueſtiti fuerunt Illuſtres coniuges do. Giliberta, & dominus Iulianus medices, qui ex cõceſſione ipſis facta à prẽſidentibus fiſcalibus cũ approbatione Senatus Mediolani d. Marchionatũ iuſtè, & cum titulo tenuerunt, & poſſederũt, in cuius poſſ. fiſcus, à quo cauſam habuere, prius fuerat, deinde ſolutis ſcutis vigintiquinq; millibus per Ioan. Paulum p̃fatis Illuſtribus cõiugibus uirtute cõpoſitionis inter p̃dictos Illuſtres coniuges ex una, & Ioan. Paulum ex altera factæ approbãte, & conſentiente fiſco, & uolente dictũ Marchionatum ſpectare, & pertinere ad Ioan. Paulum virtute dictæ tranſactionis, in qua auctoritas tunc prẽſidijs, & totius Senatus Mediolani interuenit, ꝑut in literis deſuper cõfectis dr̃ cõtineri, ipſe Io. Paulus ex d. cauſa, & ex titulo oneroſo, & cũ bona fide ſemper ex poſt facto, & poſt eius mortem Deiphœbus iunior tenuerũt, & poſſederũt Marchionatũ, & alia ad illũ ꝑtinentia: quo fit, ut ſi in p̃ſentia fiſcus cõtra Deiphœbũ uelit agere poſſeſſorio reſtituẽdæ, ſeu recuperãdẽ, obtinere nõ poſſit, cũ facto, & cõtractu ſuo ſaltẽ mediato à dicta poſſeſſione cecidiſſe dicatur, per ea, quẽ habentur per canoniſtas in c. reintegranda. 3. q. 1. & per Soc. in d. l. rem quæ nobis. ff. de acqui. poſſeſ. & in 2. q. principa. ibi q̃to dubitatur. cũ ijs, quẽ latè ponit ibi in 4. q. & per Alex. in conſi. 92. uol. j. col. 2. & quamuis iſtud remediũ detur cõtra illum, qui rem poſſidet cũ titulo, & bona fide, ut habetur per Socin. in d. l. rem quæ nobis. in 4. q. per Calder. Anto. & alios in c. cum ad ſedem. & in c. ſæpe. de reſtitut. ſpoliat. tamen non datur illi, qui ex facto ſuo à poſſeſſione cecidit, per ſcribentes in locis proximè allegatis, & per Alexandrum in conſil. 92. in 5. volum. Hæc ad oſtendendum bona iura, quæ præfatus dominus Deiphœbus in dicto Marchionatu, illiusq; pertinentijs habet, ſatis, ſuperq; dicta eſſe exiſtimo. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Feudi conceſſio, & vaſallitium arguitur ex reſeruatione fidelitatis, homagij, & ſimilium.*
2 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
3 *Conceſſio, in qua fit mentio de alijs conceſſionibus prius diuerſis perſonis factis, & à quibus illa deriuationem habuit, cũ eiſdem qualitatibus intelligi, & à dictis conceſſionibus ſumere originem & naturam cenſeri debet.*
4 *Feudi conceſſio, nõ aũt donatio, nec pleno iure fieri cenſetur ab eo, qui rem conceſſam in feudum, & iure feudi habebat, etiam ſi in conceſſione verbis donationem importantibus fuerit uſus.*
5 *Feudatarius abſq; licentia domini ſui poteſt alium uaſallum facere rem feudalem in feudum dando.*
6 *Oldra. in conſil. 159. in quo voluit donationem eſſe, & non feudi conceſſionem, quando fuit facta conceſſio per verba damus, donamus, tradimus ex cauſa donationis declaratur.*
7 *Verbum donare etiam ad dationem ob cauſam factã referri põt. Ac etiam ad feudi conceſſionem, nu. 10.*
8 *Verba in conceſſione, et priuilegio principis ſunt largè intelligẽda.*
9 *Conceſſio in feudum dici poteſt donatio.*
11 *In materia feudali, & quæ ſui natura nõ eſt ad hæredes extraneos tranſitoria, appellatione hæredum, & ſucceſſorum deſcendentes, & liberi, qui ſint hæredes, comprehenduntur.*
12 *Niſi dictum eſſet pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque.*
13 *Quid ſi adiectum eſſet, & cui, ſeu quibus illa dederint, & cauſam habentibus, & quomodo hæc verba ſint intelli[...] & operentur.*
14 *Verba ſemper in dubio, ſecundum materiam ſubiectam ſunt [...]ligenda, & reſtringenda.*
15 *Feudum nouum non tranſit, niſi ad nominatos, & comprehe[...] inueſtitura, eorumq; filios, non autem ad illorum agna[...] tranſuerſales.*
16 *Feudum in dotem filiæ à patre ad ipſius vitam abſq; conſe[...]mini dari poteſt, & in perpetuum cum conſenſu domini.*
Feudi fructus poteſt alienari, & pignorari.
17 *Mulier habens feudum poteſt illud pro ſe in dotem dare, [...]do non det æſtimatum, nec cum pacto de lucrando ill[...]tum, vel pro parte.*
18 *Feudum ſub tacita, ſeu expreßa generali bonorum hypo[...]tiam pro dote facta non comprehenditur.*
19 *Bona publicata applicantur fiſco, in cuius territorio ſunt [...]*
20 *Bona mobilia cenſentur eße de illo territorio, in quo ſ[...]riuntur.*
21 *Bonis alicuius propter crimen publicatis, feuda, & emp[...] fiſco non applicantur, ſed ad ſuos dominos reuertuntur.*
22 *Feudum quando ad dominum reuertitur, etiam omnia bon[...]bilia ei adiacentia, ubicunq; ſint ſita etiam in iuriſdicti[...]terius, ad ipſum dominum reuertuntur.*
23 *Cimiterium accedit eccleſiæ, eiuſque veſtigia, & priuilegi[...]quitur.*
24 *Ad hæredem omnia bona ubicunq;, & in quocunq; territo[...] poſita, tranſeunt.*
25 *Teſtamentum factum cum ſolẽnitate ſtatuti minuentis ſol[...]tem iuris communis extenditur ad omnia bona vbicunq; [...] etiam extra territorium ſtatuentium.*
26 *Statutum, conſuetudo, vel priuilegium habilitans perſonam [...]pacem ad ius de futuro, quando extendatur etiam ad bo[...] ſita extra territorium ſtatuentium, & quando non.*
27 *Feudalis cauſa à domino feudi cognoſcitur, quãuis bona [...] ſuper quibus cã ageretur, poſita eßent ſub alterius terr[...]*
28 *Feudi dominus, quando bona feudalia, in diuerſis territo[...] poſita, cenſetur ille, in cuius iuriſdictione caput feudi, & [...]cipale caſtrum poſitum eſt.*
29 *Ius patronatus cenſetur uenditum, & tranſit cum caſtro [...] in quo eßet ius patronatus.*

EPITOME.

Concessio caſtri facta etiã per hẽc verba, d[...]mus, cõcedimus, dimittimus, & transferimus, p[...] & hẽredibus, & ſucceſſoribus ſuis, & ab eis cãm h[...]tibus in perpetuũ, & cui, ſeu q̃bus illa dederint, [...] hoc caſu dicat̃ feudalis, & reſpectu utilis domini[...] & non directi facta, neq; donatio ſit iudicãda o[...]

Feudũ neq; ſub expreſſa, neq; ſub tacita gene[...] bonorũ hypotheca etiã pro dote facta cõprehẽ[...]

Feudum quando ad dominum reuerti debet, [...]put feudi in territorio vnius domini eſt ſitum, & [...]na alia ad ipſum feudum pertinentia in alio terr[...]rio alterius domini ſunt poſita, omnia ubicunq; [...] ſita ad dominum capitis feudi reuertuntur.

CONSILIVM LXVI.

IN cauſa caſtri Turricellarũ videtur de [...] primo concludendũ eſſe, ꝙ conceſſi[...]cta de dicto caſtro Franciſcomariẽ, A[...]lo, & Petropaulo fratribus de Simon[...] ꝑ Ludouicũ olim Regẽ Frãciẽ, & Ducẽ Medio[...] & cõfirmata per fœlicẽ memoriã Iulij Papẽ II. L[...]nis X. & Adriani, necnon per ſanctiſſimũ D. N. C[...]mẽtẽ VII. per hẽc uerba donamus, ꝯcedimus, d[...]tim⁹, & trãsferimus &c. pro ſe, & hẽredib⁹, & ſucc[...]ribus ſuis, & ab eis cãm habẽtibus in perpetuũ, & [...] ſeu quibus illa dederint &c. dicatur feudalis, & [...]

1 ctu utilis dominij tm̃, & non directi facta† quod qui-
dem ɔſtat primo ex reſeruatione fidelitatis homagij
& aliorum, de quibus in literis dictæ conceſſionis, &
& confirmationis, quæ arguunt feudi conceſſionem,
& uaſalliticum, ut colligitur ex gl. in cle. paſtoralis. in
uerbo homo ligius. de re iudica. p̱ Bal. in prælud. feu.
in ſeptima diuiſione. per Speculatorē in titu. de feud.
§. qm̃. uerſi. & no. & in uer. 2. quęritur, & ibi Bal. in ad-
ditio. in uer. homagium, & habetur per Inno. in c. in-
dignum. de reg. iur. in 6. Non fuit ergo libera ɔceſſio,
& donatio, ſed potius ob cauſam, & correſpectiua, ui
delicet ob fidelitatem, & homagium, ac alia ipſi con
cedenti reſeruata, & conſequenter in feudum. Pręte
rea præfati fratres ſubrogati fuerunt in locum cuiuſ-
dam D. Camillæ, cui dictum caſtrum cum ſuis terris
fuerat prius conceſſum in feudum nobile, & gentile,
& in omne ius dictæ D. Camillę prius competens, er
go debent intelligi habere ſolum ius feudi, & uaſalli-
2 tici, quia† ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius lo
cum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis
cautio. l. ſtatius. §. Cornelio. ff. de iure fiſci. cum ſimil.
¶ Tertio† in dictis literis conceſſionis, & cõfirmatio-
nis fit mentio de aliis pluribus conceſſionibus huius
caſtri, & bonorũ pluribus, & diuerſis perſonis factis,
à quibus conceſſio facta dictis fratribus deriuationē
habuit, & ſic ur̃ quędam translatio facta de D. Camil
la in illos de Simonettis, ergo dēt intelligi cum eiſdē
qualitatibus, & conditionibus, argumento l. legatũ
ſub conditione. ff. de adimen. legatis. c. & tēporis. cũ
c. ſequen. 16. q. 1. l. fundum inſtructũ. in prin. ff. de fun
do inſtructo. Et quia huiuſmodi conceſſio uidetur il-
lis accedere, & ab eis originem ſumere, ideò talis cen
ſeri debet, quales erant illę primę. l. ſi ego. §. ſi tamen.
4 ff. de publicia. cum ſim. ¶ Quarto† cum Sereniſſimus
Rex, qui in Ducatu Mediolanenſi ſucceſſit, habuerit,
& tenuerit dictum caſtrum cum ſuis iuriſdictionibus
& rebus in feudũ ab Imperatore, & ſucceſſiuè ſedes
Apoſtolica, quę ſucceſſit in dominio ciuitatis Par-
mæ, in cuius territorio ſitum eſt hoc caſtrum, conceſ
ſerint, & donauerint illud dictis Simonettis, debet in
telligi donatio huiuſmodi facta ſolum quoad utile
dominium, & naturalem poſſeſſionem, & ſic in feu-
dum, non autem pleno iure, nam quis non cenſetur
donando uoluiſſe transferre, niſi ius, quod in re dona
ta habebat, & dare poterat, ut eſt tex. in l. ſi domus. &
ibi Alex. & Doct. communiter in fi. ff. de legat. 1. & c.
paſtoralis. de donatio. alioquin conceſſio, & donatio
non ualeret, quia pro non dato habetur, quod ab illo
datur, qui non põt de iure dare. c. quod aũt in fi. extra
de iure patrona. & ad propoſitum faciunt ea, quę in
indiuiduo uoluit Soc. in conſi. 66. in 3. uolu. in 2. & 3.
col. & per totum. Sed præfatus Rex, & ſucceſſiuè ſe-
des Apoſtolica, quæ caſtrum iſtud habet iure feudi,
de iure abſque licentia domini non poteſt illud dona
re, ſeu alienare in totum, uel pro parte, ſed ſolũ in feu
dum dare, & in illo uaſallum conſtituere, ut in c. 1. §.
illud. iuncto §. 1. de prohibita aliena. feud. per Federi-
cum. & ibi glo. & Doc. & in c. 1. §. donare. qualiter o-
lim feu. alien. poterat, & in ſpecie iſtud eſt de natura
feudi Ducatus Mediolanenſis, ut ex prima conceſſio
ne dicti Ducatus Mediolanenſis facta per Vincelaũ
Imperatorem Ioan. Galeatio uice Comiti cõſtat, er-
go hæc cõceſſio de dicto caſtro facta dictis fratribus
de Simonettis debet intelligi facta ſolum in feudũ,
5 & ſic eo modo, quo fieri poterat. Nam† de iure feuda
tarius etiam abſque licentia domini ſui poteſt alium
uaſallum facere, dando rem feudalem in feudum, ut
in d. §. illud. & habetur per Imolam, & Alex. poſt gl. in
l. 3. §. ex contrario. ff. de aquir. poſſ. & ſi ultimus uaſal-
lus feudo fuerit priuatus, ſeu alio modo feudum fue-
rit finitum in perſona ultimi, ſi fuerit nouũ feudũ, il-
lud reuertitur ad primum uaſallum, & non ad domi-
num feudi, ut eſt tex. in d. §. illud. & ibi plenè habetur
& per Alex. in d. §. ex ɔ̃rio. in antepenul. col. & in c. 1.
de ſucceſ. fratrum, & c. cum ſi. infra allegandis. ¶ Et ſe
quendo hanc concluſionem, ꝙ conceſſio, ſeu dona-
tio facta dictis de Simonettis ſit feudalis, ſupereſt ali-
quibus, quę in ɔ̃rium facere uidentur, reſpondere, &
in primis non obſtat id, quod uoluit Old. in cõſi. ſuo
159. ex p̃ſenti themate &c. ubi ur̃ uelle, ꝙ ex quo con
ceſſio facta fuerat per illa uerba damus, donamus, &
tradimus ex cã donationis &c. quãuis cõceſſio facta
fuerit ēt cum quibuſdam reſeruationibus, tñ non di-
catur facta in feudum, ſed pleno iure, quoad directũ,
& plenum dominiũ, propter illa uerba donamus, &
ex cã donationis concedimus per plura, quæ ipſe alle
gat in d. conſilio, quem ſequitur Alber. in rubr. C. de
6 donatio. quia primò rñdetur, † ꝙ in caſu Oldradi Rex
non erat uaſallus, nec feudatarius quoad bona, & res,
quæ, & quas conceſſerat, & donauerat, ſed in illis ple-
num ius habebat dandi, donandi, & transferendi ple
no iure: & iõ in dubio intelligi debuit illa cõceſſio fa
cta ſecundum ius, quod habebat, argumento d. l. ſi do
mus. in fi. & ibi Bar. Alex. & alij, & in d. c. paſtoralis de
don2. & in d. c. quod autem. de iure patronatus. Secũ-
do reſpondeo, ꝙ in caſu Oldradi uerba erant clara, ꝙ
Rex uoluit pleno iure res illas transferre, & donare,
quia dixit ſe donare quicquid iuris habebat in princi
patu ratione feudi, ſiue alia rõne, uel cã, ergo oĩa trã-
ſiuerunt, niſi expreſsè retenta, & reſeruata fuerint, &
ſic tranſit plenum, & directum dominiũ, ex quo non
fuit reſeruatum. l. ult. ff. de penu. leg. item ſimpliciter
dixit, ꝙ donabat, cum igitur uera, pura, & mera dona
tio ſit dicenda donatio: datio aũt in feudum, non ſit
propriè donatio, ſed ob cãm datio. l. 1. ff. de donat. ſe-
quitur, quod debuit intelligi de donatione ꝓpriè, &
non impropriè, & ſecundũ quid, argumento l. 1. ff. ſi
ager uectig. uel emphit. peta. l. hoc legatũ. de leg. 3. In
caſu aũt noſtro nõ fuit facta donatio ſimpliciter, ſed
ob cãm, uidelicet in feudũ, tũ quia reſeruatũ fuit ho-
magium, quod nihil aliud importat, item fidelitatē,
& alia, quæ neceſſario arguũt feudi conceſſionem, &
dationem, non aũt liberam, & puram donationē, ut
dixi ſupra, item in caſu noſtro non fuit dictũ, ꝙ dona
ret quicquid iuris in d. caſtro haberet, ꝑut in caſu Ol-
dradi, ergo ex diuerſis non eſt inferendũ. l. inter ſtipu
7 lãtem. §. ſacrã. cum ſi. ff. de uerb. obl. † & illa uerba do
namus &c. etiã referri poſſunt ad donationē ob cau-
ſam factam, ut in d. l. 1. ff. de donatio. quæ ſaltē impro
priè, & largè loquēdo, dici põt donatio, ut ibi, & in ter
minis hoc uoluit Soc. in d. cõſi. 66. in 3. vol. in fi. 4. col.
8 & † cum ſimus in conceſſione, & priuilegio principis
uerba ſunt largè intelligenda. c. cum dilecti. extra de
donatio. cum ſimilibus. l. beneficium. ff. de conſt. prin
9 cipum. Itē † cõceſſio in feudum ēt dici põt donatio,
argument. c. 1. in §. beneficium. in quibus cau. feu. a-
mitt. & Soc. in d. conſi. in 6. colũ. qui dicit ita uoluiſſe
Bal. Iaſon. Aluerotum, Andr. de Iſer. & alios moder-
nos in prælud. feu. & plures alios ibi per eũ allegatos.
10 Et † iõ illa uerba donamus poſſunt referri, & adaptari
ad conceſſionem factam in feudum per primum ua-
ſallum, quæ fieri dēt, ex mera liberalitate, nullo pre-
cio recepto, quando fieret abſque conſenſu domini
directi, ut eſt tex. in c. 1. in §. callidis. de prohibita feu
di alien. per Fede. & eſt gl. in c. 1. §. pręterea. de capitu
lis Corradi. & habetur per Soc. in d. conſ. 66. in 3. uol.
in fi. 2. col. ex cuius dictis, & rationibus ibi poſſet ɔclu
ſio ſupra tradita multipliciter confirmari, & reſpõde
ri ijs, quæ uoluit Oldr. in d. ſuo cõſilio, quibus in ſpe
cie reſpondet Iaſon in prelud. feudo. in 6. & 7. col.

¶ Non

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

¶Non obſtat tertio, ꝙ conceſſio facta illis de Simo-
nettis fuit facta pro ſe,& hæredibus, & ſucceſſoribus
11 ſuis,quia reſpondetur,† ꝙ in materia feudali,& ſic in
materia ſui natura non tranſitoria ad hæredes extra-
neos appellatione hæredũ,& ſucceſſorũ comprehen
duntur deſcendẽtes, & liberi,qui ſint hæredes, vt eſt
text.cum gloſ.in l.ex facto.in fin.ff.ad trebellia.& ibi
Barto. & in l. gallus.§. etiã ſi à parente.ff.de liberis &
poſthumis.c.1.in fin.& ibi omnes.ſi de feud.fuerit cõ
ten.inter dominum, & agna.& habetur per doctores
maximè per dominũ Præpoſitum in c.1.§.& ſi clien-
tulus.de alien. feudi. & per Baldum in l.cũ uirum.C.
de fideicõm. & in prælud. feud. in octaua diuiſione,
in l.liberti.in 7.colum.C. de operis liberto. in c.1. de
alienat.feu.paterni. & in c.1.de prohib. feud.aliena.
per Federicũ,in prin. in 4.col. cũ ſi.aliis,quę poſſent
allegari.& per Alexãdrũ.in l. quod dicitur.in 16.col.
ff. de uerborũ obliga. ubi etiam in pen.col.uoluit, ꝙ
per illa uerba hæredibus in materia nõ trãſitoria ad
hæredes extraneos,ſed ſolũ ad deſcendẽtes nõ com
prehendãtur extranei hæredes, † niſi eſſent expreſſa
12 illa uerba pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus qui-
buſcũque:idẽ etiã uoluit Alexan.in l.quædã. §.nihil.
in 1.col.ff.de edendo. & faciunt not. per Baldũ in d.
c.1.in princip.in pen. col. de prohib. feu. alienat. per
Federicũ.& in l.cũ uirũ. in final.uerb.C.de fideicõm.
¶Non obſtãt quarto etiã illa uerba poſita in dicta cõ
ceſſione,& cui,ſeu quibus illa dederint,& ab eis cau-
ſam habẽtibus:quia primo poteſt reſponderi,† ꝙ illa
13 uerba ſunt referenda ad præcedentia, ſecũdum quæ
debẽt intelligi, uidelicet de hæredibus,& ſucceſſori-
bus,& cõſequenter de filiis,& deſcẽdentibus,quibus
dederint, & qui cauſam ab illis habuerint, & ſic illa
uerba generalia reſtringuntur ſecũdum præcedẽtia
ratione ſubiectæ materiæ feudi,quæ eſt,ut nõ trãſeat,
niſi ad filios, & deſcendentes,qn̄ feudum erat nouũ,
& nõ antiquum,ut ſupra,nam †uerba ſemper ſunt in
14 dubio intelligenda, & reſtringẽda ſecũdum materiã
ſubiectam l.ſi ſtipulatus.ff. de uſuris. l.ſi uno. in prin.
ff. locati. & ibi glo.l. damni. & ibi Barto. & alij.ff.de
dam.infecto,in prin.d.l. ex facto. in fi.cum glo. & ibi
Bart.ff.ad trebellia. qđ cõfirmatur ex ijs, quæ uolunt
Bart.& alij. in l.ut iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de operis
liberto.& Alex.poſt Imol.in d.l. quod dicitur. & in l.
etiã.ff.ſoluto matrimonio.& in c.in pręſentia.de pro
bat.c.1. in fin. & ibi Bal. ſi de feu.fue. conten. ubi illa
uerba filiis,& deſcendẽtibus,& hæredibus reſtringũ-
tur,ſeu intelligũtur de hæredibus, qui ſint filij, & de-
ſcendẽtes ſecũdum cõmunem opinionẽ,ut habetur
in d.c. in præſentia.& in aliis locis ſupra allegatis. ita
ergo ſimiliter dicẽdum eſt in caſu noſtro de illis uer-
bis,& quibus dederint,poſitis poſt illa uerba,hæredi-
bus,& ſucceſſoribus. & facit,qđ uoluit Bald.in l.cum
uirum.in fin. C. de fideicõ. quãuis in hoc contrariari
uideatur id, quod dicit Decius in cõſilio ſuo 171. in
2.col.per textum in c.1. de feu. non haben. prop.nat.
& in c.1.in fin.ſi de feu. conten.ſit inter dominum, &
agna.& ibi Bal.expreſſè. Secũdo reſpondetur, ꝙ q̃uis
per illa uerba, & cui, ſeu quibus dederint, uideantur
cõprehendi ij,qui nõ ſunt hæredes, & ſucceſſores,de
quibus facta fuit mentio ſpecialis, & expreſſa,ſed alij
etiã extranei, quibus bona feudalia eſſent ex aliquo
tit. etiã inter uiuos cõceſſa per ea, quæ uoluit Decius
in d.conſi.171.per textum in d.c.1. de feu. nõ haben.
propriam naturam, tñ illa uerba ita demum operan
tur,& habent effectũ, quando facta realiter fuiſſet cõ
ceſſio,& datio aliquibns etiã extraneis,& non aliter,
ut fuit de mente ipſius met Decij in d.conſi. & Bal.
& Iacobi de Alua.in c.1. per illum textum.de eo, qui
finem fecit agnato.& in d.c.1.de feu.nõ haben.prop.

natu. Iſta.n.uerba continentius quoddam perſo
non autem reale,uidelicet, ꝙ facta dicatur conc 16
etiam pro illis, quibus dederint,ergo ſi non fue
cta datio, illa uerba nihil debent operari, ut c
tur ex tex.& ibi glo.in d.cap. 1. ubi hoc expreſſ
Bal.in 1.col.per tex.in l.non diſtinguemus. §.
dies.ff.de arbit.& ſecundum Iacobum Aluaro.
minum Præpoſitum ibi, ex quo conceſſio fact
pro hæredibus,& quibus dederint,agnati,qui
ſuccedere in feudo, ad feudum admitti non p
ex quo illis non fuit datum, nec ipſi habuerun
ſam ſpecialem, & ſingularem ab illis de Simo
inueſtitis,quoniã illa uerba,& quibus dederin
eis cauſam habẽtibus, comprehẽdunt ſucceſſo
gulares, & nõ uniuerſales, ut dixi ſupra, & pr
in c.1.de feu.nõ haben.propriã naturam.Quar
tur, ꝙ huiuſmodi cõceſſio facta per hæc uerb
ualuit,nec fieri potuit abſque licẽtia domini,
expreſſè fuit facta prohibitio in inueſtitura, q
in totũ,ſeu pro parte uendi nõ poſſet,per textũ
in c.1. de eo,qui finẽ fecit.Præterea licet qñ fui
cõceſſio feudi pro ſe,& hæredibus,& quibus de
feudũ dicatur mutare naturã,ut poſſit alienari,
ſeu donari.d.c.1. de feudo nõ haben.propriã n
tñ hoc eſt uerũ facta alienatione, ſed donec n 17
penes uaſallũ,quia nõ fuit alienatũ,retinet ſuã
ram,ut in d.c.1.& ibi glo.Bal.& alij.Ex quibus i
ꝙ dicti agnati nõ poſſunt uenire ex illis uerbis,
bus dederint, & qui habuerint ab eis cauſam,
ipſis nõ fuit datũ,nec ipſi cauſam à dictis de Si
tis expreſſè ex aliquo tit. ſaltẽ inter uiuos habu
prædicta. Nec poſſunt ẽt uenire ex illis uerbis,
redibus,quia in materia feudali appellatione h
nõ cõtinentur extranei,ſed ſolũ filij, & deſcen
ut ſupra, nec ẽt ex illis uerbis, & ſucceſſoribus 18
telligi debẽt de ſucceſſorib⁹,q de iure ꝓprio p
ſeu uellẽt ſuccedere,qui eſſent de filiis,& deſcẽ
bus, nõ aũt de ſucceſſoribus ẽt extraneis: nã ill
ba ſucceſſoribus in materia aliàs ſui natura ad
neos nõ trãſitoria nõ cõprehendũt extraneos,
ijciatur uerbũ quibuſcũque,ut ſupra dixi per e
uoluit Alexan.in locis præallega.Similiter dict
ti non poſſunt ad huiuſmodi feudum uenire e
prio,& principali beneficio, & iure agnationis
tex.in c.1. in prin. ſi de feu. ſit conten. inter do
15 & agna. † nam quando feudum eſt nouum,non
ſit niſi ad nominatos, & cõprehenſos in inueſti
& eorum filios, non autem ad eorum agnatos
uerſales, ut in c.1. de gradibus ſuccedentibus,
columna.& eſt glo. in c.1. ſi uaſallus feudo pri
& in d.c.1. ſi de feudo ſit conten. inter domin.
Quare cum non ſimus in beneficio antiquo,
terno illorum de Simonettis, ſed in nouo feu
ſpectu ipſorum, iuxta ea, quæ habentur per Al
drum in l. ſi mihi, & Titio in antepenultima c
mna. ff. de uerbor. obligatione. & per Baldum
illum textum in c.1. de natura ſucceſſionis feu
in prælud. feudo. in tertia diuiſione, quo caſu
agnationis ipſi agnati in tali feudo nequeũt ſuc
re,ut ſupra dixi,& facit tex. cum glo.in c.1. an a
tus,uel filius,& ĩ c.1.ſi de feudo ſit cõten.inter d
& agna.in prin.in c.1.de ſucceſſ.fratrũ, uel de g
bus &c.ex his omnibus cõcludẽdum eſt,dictos
tos nõ poſſe ĩ dictis bonis feudalibus aliquo re
ſuccedere. ¶Secũdũ uidendũ eſt, an dictũ caſt
alijs bonis,ut ſupra,cõceſſis in feudũ dicat taci
generaliter hypothecatũ,& obligatũ uxori dict
ciſcimariæ ꝓ reſtitutione dotiũ ſuarũ, cui fuer
preſſè, & generaliter omnia bona Franciſci
uaſalli obligata, & hypothecata: Et non eſſe

16 ter reſpondeo, quoniam † licet pater poſſit feudum
dare in dotem filiæ ad uitam ipſius patris abſque con
ſenſu domini, & fructus feudi, & commoditas ipſius
poſſit alienari, & pignorari, ut uoluit Io.Fab. in §. itē
ſeruiana. in 14. col. Inſtit. de actio. & in ſimili uoluit
Spec. in tit. de pigno. in §. 1. circa fi. & Bar. in l. ſi is, qui.
§. an vſusfructus. ff. de pig. & quamuis feudū poſſit in
perpetuum in dotem dari cum conſenſu domini, &
non aliter, ut eſt tex. cum ibi not. in c. nuper. & ibi In-
noc. Hoſt. & alij, extra de dona. inter vir. & vxo. & glo.
ibiq; Io. Andr. in c. 2. extra de feudis. §. 2. in verſi. 20. in
fi. Bar. Alex. & alij in l. ſi conſtante. in 3. q. 3. q. principa
lis. ff. ſolu. matri. & habetur per dominos de Rota in
deciſ. 199. pater poteſt &c. in antiquis. iūcto c. 1. §. do-
nare. qualiter olim feu. aliena. poterat. & in c. Impe-
rialem. §. 1. de prohi. feu. alie. cum ſimil. & Bal. in c. 1.
de prohib. feud. alien. per Feder. in princ. in 3. col. di-
cit, ꝙ pater ſine conſenſu, & uoluntate domini non
poteſt dare feudum in dotem filiæ, nec illud pro dote
filiæ hypothecare, aut obligare, etiam ſi aliunde filiā
dotare non poſſet, immò de melioramentis factis in
feudo dotare non ualeret, ut ibi per eum. Nec obſtet
aūt res, quæ. C. communia de lega. quia ibi tex. loqui
tur de re prohibita alienari ratione perſonæ, non au-
17 tem ratione rei, & quāuis etiam † mulier, quæ habet
feudū uel ex inueſtitura, uel ex alia cauſa poſſit illud
pro ſe dare in dotem, dūmodo illud marito non det
æſtimatum, nec cū aliquo pacto de lucrando in totū,
uel pro parte, quia apud maritum poſt mortē uxoris
feudū non poteſt remanere, neque illud maritus ex
pacto, uel ex conſuetudine, ſeu ſtatuto loquente, &
diſponente de dote lucrāda poteſt acquirere, ut not.
uoluit Bal. & ibi alij Docto. in c. 1. §. donare. qualiter
olim feu. alie. poterat. in ult. col. & in c. 1. in prin. in 4.
18 col. de prohib. alien. feu. per Fede. tamen † feudum nō
cōprehenditur ſub tacita, ſeu expreſſa generali hypo-
teca bonorū etiam pro dote facta, qm̄ ſic poſſet aduo
cari, & alienari, ſicut in ſimili dicunt Doctores de re.
eccleſiæ. in c. nulli. de rebus eccleſiæ non alienan. ita
uoluit Bald. quē alij Doctores ſequuntur in d. c. 1. in
prin. de prohib. feud. alien. per Fede. & ideò ſi quis om
nia ſua bona obligaret, & hypothecaret, nō priuaret
feudo, qm̄ ſub illa obligatione bonorū feudū non cō
prehenderetur. argum. eorum, quæ uoluit Bar. in l. co
dicillis. §. inſtituto. ff. de leg. 2. & Bald. in d. c. 1. in prin.
in 2. col. ergo ſi mulieri ſint pro dotis reſtitutione ta-
citè, uel expreſsè bona mariti obligata, ſub huiuſmo-
di obligatione, & hypotheca feudum mariti non cō-
prehendetur, quia etiam expreſsè non potuiſſet illud
pro dote pignorari, ſeu hypothecari, ut dicunt Mo-
derni in l. fi. in 145. col. C. de iure emphy. & ibi Sali. d.
c. 1. in princ. de prohib. feud. alien. per Fede. & ibi Bal.
& alij, & hoc idē fuit de mēte Bar. & Alex. in d. l. ſi cō-
ſtāte. in 3. q. 3. q. princip. ubi Bar. uoluit, ꝙ mulier pro
reſtitutione dotis ſuæ poſſit ad res feudales mariti ꝯ
maritū, uel alios agere hypothecaria, donec ius uiri
durat, aliàs ſecus, quia finito iure uiri in feudo mulie-
ri nullū ius agendi hypothecaria cōpetit: ſed in caſu
noſtro per mortē dicti Franciſci mariæ extinctū fuit
ius ipſius in feudo, quod erat nouū, ut ſupra dictū eſt,
ergo ipſi uxori nullum ius agendi hypothecaria ſupe
reſt. Confirmatur hoc ēt ex ijs, quæ uoluit Bal. in l. 2.
in 1. col. C. cōmunia de legatis. inquiens, ꝙ ſi pater le
gauit filię mille pro dote, & fratrē ſuum inſtituit, quo
caſu omnia bona teſtatoris cenſentur tacitè hypothe
cata pro illis mille legatis, ut in d. l. 2. cum ſimil. quæ
uoluit Bar. in l. 1. ff. de lega. 1. feudū patris, quod erat
in hæreditate, & bonis paternis, nō dicitur tacitè obli
gatū, nec hypothecatū pro dote filiæ, ſed totū debet
eſſe ipſius fratris hæredis, qm̄ pater ēt pro dote filiæ
non poteſt obligare, nec pignorare feudū ſuum abſq;
cōſenſu domini, ut in d. c. 1. in prin. de prohi. feu. alie.
per Fede. in d. c. 1. §. donare. qualiter olim feu. alien.
poterat. ergo ſub tacita, ſiue expreſſa generali obliga-
tione bonorū non cōprehenditur per prædicta, & eſt
de mente Bald. in locis præallegatis, & eſt uerisſimū.
¶ Tertio dubitatur, ex quo feudū propter lineam fini
tā ad dominū feudi reuerti debet, & caſtrū Turricel-
læ, quod erat caput feudi, ſitum erat cū pluribus aliis
bonis immobilibus in territorio Placentino, qđ erat
de iuriſdictione eccleſiæ Romanæ, & in quo in locū
Ducis Mediolani eccleſia ſucceſſerat, & conſequen-
ter ad ipsā feudū reuerti debebat, & nō ad primū do-
minū, ut habetur in c. 1. §. illud quoque. & ibi glo. de
prohib. feu. alie. per Fed. & aliqua bona immobilia, q̄
erant de d. feudo Turricellæ, ſita, & poſita erant extra
iuriſdictionē eccleſiæ Romanæ ſub iuriſdictione Du
catus Mediolani, & ꝯñr Imperatoris, ad quē debeat
d. feudū reuerti, an in totum ad eccleſiā Romanā cū
omnibus bonis ſuis ubicunq; poſitis, an uero in totū
ad Ducē Mediolani dominū d. feudi, an uero pro par
te, qua bona feudalia poſita ſunt ſub iuriſdictione Du
cis Mediolani, reuerti debeant ad Ducē Mediolani.
Et quamuis prima facie uideretur dicēdū, ꝙ deberet
ad utrunque reuerti pro parte, qua bona in ſuis terri-
torijs, & ſub ſuis iuriſdictionibus reperiuntur, per ea,
quæ in ſimili uoluit Roma. in ſuo ſingu. 588. qui di-
19 xit, † ꝙ publicatis bonis, ea debent applicari fiſco, in
cuius territorio ſunt poſita. l. quicunque. §. uniuerſi.
C. de hæreticis. & facit, qđ uoluit Bal. in c. 1. §. ſiquis
hominē. per illum tex. de pace tenen. & eius uiolat. in
20 2. col. † ꝙ bona mobilia cenſentur eſſe de illo territo
rio, ubi reperiuntur, quia populo, ſeu fiſco ipſius loci
confiſcantur, & quāuis ēt iſtud uideatur confirmari
per tex. in c. fœlicis. de pœnis in 6. & in clem. 1. eo. tit.
21 † ubi ſi propter crimen, de quo ibi, uel crimē læſæ ma
ieſtatis bona publicentur, feuda tamen, & res emphy
theoticæ, q̄ ab eccleſia detinentur, non applicātur fi-
ſco, ſed reuertentur ad ſuos dominos, ut ad eccleſiā,
quæ conceſſit, ut de illis poſſint liberè diſponere, &
ſic pro parte, qua erant de iuriſdictione fiſci, applicā-
tur fiſco, pro parte uerò, qua erant ſub iuriſdictione
domini feudi, ad dominum feudi reuertuntur, ergo
ex identitate rationis, videtur dicendū idē eſſe in caſu
noſtro. argu. l. à titio. ff. de verb. oblig. iuncto c. 1. ſi de
feudo fuerit contro. inter do. & agna. Tamen ꝯ̃rium
puto uerius eſſe, ꝙ totū feudum, uidelicet caſtrū Tur
ricellæ cū omnibus bonis ſuis immobilibus ubicun-
22 que poſitis reuerti debeat ad eccleſiam: qm̄ † cū illud
caſtrū, quod eſt caput feudi, ſit poſitū in territorio, &
iuriſdictione eccleſiæ, & ad eccleſiam tanquā ad ſuā
dominā debeat reuerti, & non ad primū dominum.
iuxta ea, quæ habentur in c. 1. §. illud quoque. & ibi gl.
& Doct. de prohib. alien. feud. per Fede. ſequitur, ꝙ ēt
omnia bona immobilia, quæ ipſi caſtro, & capiti feu-
di accedunt, debent ad eccleſiam reuerti, ubicunq;
ſint poſita, nā acceſſorium ſequitur ſuum principale,
eiusq; ueſtigia, & naturā imitatur. c. acceſſorium. de
reg. iur. in 6. l. 1. & 2. ff. de peculio legato. c. de pruden
tia. de dona. inter virum & uxo. & facit, quod dicitur
23 de cimiterio, † quod accedit eccleſiæ, cuius naturā, &
priuilegium ſequitur, ut in c. conſuluiſti. de conſecr.
eccleſiæ, uel altaris. & c. ſiquis. cum ſeq. 17. q. 4. ¶ Præ-
terea, & ſecundo ita ſucceſſio domini in feudū, quod
ad ipſum reuertit, feudiq; reuerſio ad oīa bona, ubi-
24 cunq; fuerint poſita, extēdi debet, ſicut † ad hæredem
tranſeunt oīa bona, ubicūque, & in quocunq; territo
rio ſint poſita, ut habetur in l. cunctos populos. ꝑ Bar.
& alios. C. de ſumma tri. & fid. catho. ubi Bar. quē alij
communiter ſequuntur, in 6. q. in 12. col. cum ſeq. po

nit

nit plura dicta, & exempla huic cõcluſioni inſeruien
tia. Dicit enim primo, reiecta opinione Iac. Rauen. ꝙ
25 † teſtamentũ factũ cum ſolẽnitate ſtatuti minuentis
ſolemnitates iuris communis, ut ꝙ teſtamentum fie
ri poſſit coram quatuor teſtibus, extenditur ad om-
nia bona ubicunque poſita, etiam ſi ſint extra territo
rium ſtatuentiũ, & ideò ſi hæres inſtitutus in illo adi-
uerit hæreditatem, talis aditio per quandam conſe-
quentiam extenditur ad bona poſita etiam extra ter-
ritorium, quia attendi debet locus, in quo facta fuit
aditio hæreditatis, quæ eſt principalis ad acquirendũ
dominium rerum. l. cũ hæredes. in princ. ff. de acqui.
poſſeſſ. cum ſi. & arg. l. 3. §. 1. ff. de legit. tute. Inducit ẽt
Bart. id, quod dicitur de actis factis corã uno iudice,
ꝙ illa fidem in alio iudicio, & corã alio iudice faciũt,
necnon inducit l. omnium. in fi. & l. fin. C. de teſta. &
ita tenuerunt Cyn. in addit. Guliel. de Cuneo, Iacob.
26 Butrig. & alij cõmuniter. Nec obſtat id, † quod uoluit
Bart. ibi in 14. col. in verſi. quęritur, an talis ꝑſona &c.
qui dixit, ꝙ ubicunque per ſtatutum, uel conſuetudi-
nẽ, aut per priuilegium habilitatur perſona incapax
ad ius de futuro, non extenditur effectus ad bona po-
ſita extra territorium, exemplificando, ut ibi per eũ,
in filio legitimato. per tex. in c. per uenerabilem. qui
filij ſint legiti. quia illud procedit, quando ꝯ̃ ius com
mune perſona incapax, & inhabilis habilitaretur à ſta
tuto, ſeu cõſuetudine, aut à priuilegio, ſed nos loqui
mur de perſona habilitata à iure cõmuni, & quæ eſt
capax ſecundum regulas iuris, uidelicet in domino,
ad quem de iure communi feudum nouum reuerti-
tur mortuo uaſallo ſine liberis, excluſis agnatis, qui
de iure eſſent hæredes uaſalli quoad alia bona per p̃-
dicta. Et ideò Bart. in d. l. 1. in 16. col. in verſic. ſed poſ-
ſet dubitari &c. inquit, ꝙ primogenitus, qui ex cõſue
tudine Angliæ ſuccedere debet in omnibus bonis,
excluſis alijs filijs, poteſt ſuccedere in omnibus bo-
nis ubicunque poſitis, & in quibuſcunq; ciuitatibus,
& territoriis, quia inſpici debet locus principalis, in
quo adita fuit hæreditas, & ĩ quo fuit celebratus quaſi
cõtractus, qui reputatur principalis actus, ex quo bo-
na debent acquiri, ut ſupra, & hoc dicit uerum eſſe,
quando uerba ſtatuti, uel conſuetudinis diſponerent
circa rem, ſeu circa bona, ut quia dicerent, bona de-
ſcendentium ſpectent, ſeu ueniant ad primogenitũ,
ſecus ſi loquerentur principaliter in perſonam, dicẽ-
do primogenitus ſuccedat in omnibus bonis, ſed in
caſu noſtro iura loquuntur in rem, quia dicũt, ꝙ feu-
dum nouum, mortuo uaſallo ſine filiis, reuertatur,
ſeu reuerti debeat ad dominũ, ut probatur in c. 1. in
fi. de ſucceſ. feu. & eſt text. in terminis in c. 1. in §. his
uerò. de ſucceſſione fratrum, uel de gradibus ſucce-
den. ibi ſi de nouo beneficio fuerit inueſtitus, nõ per-
tinet ad eiuſdem Titij patruum magnũ, nec ad prolẽ
ex eo deſcendentem, immò reuertitur ad dominũ,
ergo hæc ſucceſſio domini, & feudi reuerſio debet
extendi ad omnia bona feudalia, ubicunque fuerint
27 poſita. ¶ Tertio † prædicta corroborantur ex tex. in c.
ex tranſmiſſa. & in c. uerum. de foro competenti. ubi
dominus feudi cognoſcit de cauſa feudali, quamuis
bona feudalia ſint poſita ſub territorio, & iuriſdictio-
ne alterius, puta Imperatoris, qm̃ ex quo cognitio
cauſæ feudi principaliter ſpectat ad dominum feudi,
ſiue ſit eccleſia, ſiue ſecularis, debet ad eum etiã ſpe-
ctare cognitio cuiuſlibet rei feudalis, ẽt ſi illa eſſent
poſita in territorio, & iuriſdictione alterius, ut in d. c.
uerum. cum glo. ¶ Quarto induco tex. in d. c. fœlicis.
de pœnis in 6. ubi ſi propter crimen, de quo ibi, bona
publicentur populo, ſeu fiſco, in cuius territorio ſunt
poſita, ut dictũ fuit, tamen bona omnia feudalia ſim-
pliciter ad dominũ feudi reuerti debent, nõ conſide-
rando, an ſint ſub iuriſdictione domini, nec ne
ubicunque fuerint poſita, reuertuntur ad dom
28 feudi, † & in caſu noſtro ille cenſeri debet do
feudi, in cuius iuriſdictione, & territorio poſit
put feudi, & principale caſtrum, non conſider
in quo loco ſint bona feudalia, quæ ueniunt p
quandã conſequentiam, & accedunt ipſi caſtro
piti, q̃ ꝙ principaliter conſiderentur, ut collig
forma, & uerbis conceſſionis, & inueſtituræ,
argumẽto tex. not. in l. cum in diuerſis. ff. de r
& ſumpt. funerum. ¶ Quinto adduco in ſimil
uoluit Innoc. Abb. do. Ant. & alij in c. ex liter
de iure patro. per iura, & rationes eorũ, qui dic
29 † quamuis iuſpatronatus per ſe, ſeu expreſsè
poſſit, ut in c. quia clerici. & c. de iure. extra de
tro. tamen ſi fuerit uenditum caſtrũ, ſeu uilla,
latiũ, in quibus ſit eccleſia patronata, iuſpatr
tanquam dependens, & acceſſorium caſtri c
acceſſoriè uenditum: ita dicamus in caſu no
bona immobilia, quæ ſub feudo continentur,
acceſſoriè, & in conſequentiam, & tranſeant a
ſiam Romanam, ad quam trãſit caſtrum Tur
quia tanquam acceſſoria tranſeunt cum uniu
caſtri ad eum, ad quem de iure caſtrum tran
bet, ad quod in terminis facit, id, quod uoluit
in ſingu. 637. incip. *tu ſai*, quod regnum &c. E
poteſt colligi reſponſio omnibus, quę in contr
adduci poſſent. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Ad feudũ antiquum collaterales olim uſque ad quartũ,*
vſque ad ſeptimũ gradum, deſcendentes uerò maſcul
tum etiam in centeſimo, & ulteriori gradu admittun
2 *Conceſſio magnæ partis Regni alicuius in dubio cenſet*
lis, & non libera.
3 *Hæc uerba inueſtire, & dinueſtire ad dominos feudum*
tes, & non ad alios propriè pertinent.
4 *Et ſunt ſigna, quibus feudum ab alijs contractibus, &*
nibus dignoſcitur.
5 *Feudũ eẽ arguitur ex receptione ſub protectione domini*
Vaſallũ protegere ad dominum feudi tanquam ſuperiori
6 *Verba enunciatiuè prolata in factis antiquiſſimis inter*
probant. & infra num. 33.
In antiquiſſimis excedentibus tempus centum annorum
tur pro plena fide facienda illa, quæ regulariter ſolum
qualem fidem facere ſolent.
7 *Verba enunciatiua inſtrumenti ſaltem ſemiplenam probati*
& præſumptionem faciunt, & in antiquiſſimis plenam
8 *Marchiæ nomen ſonat in feudum.*
9 *Feudum conceßum pro hæredibus, & ſucceſſoribus maſcul*
fœminis non tranſit ad fœminas, niſi maſculis deficient
10 *Feudum ex eo, quod maſculis non extantibus poſſit ad*
tranſire, non dicitur fœmininum.
11 *Feudum regulariter, & ſui natura etiam conceſſum ſimpl*
pro hæredibus, & ſucceſſoribus ad fœminas non tranſit
12 *Feudum fœmininum quod dicatur.*
13 *Feudũ nobile, & franchum poteſt fœmininum dici, & ad*
deſcendentes, maſculis nõ extãtibus, tranſire. & quare
14 *Idem eſt in feudo cenſuali, nec habente propriam feudi na*
15 *Feudum franchum eſt liberũ à ſeruitijs perſonalibus,*
vaſallo uendi, alienari, & de eo in ultima uoluntate di
16 *Feudum conceſſum cum poteſtate uendendi, alienandi,*
di, & quicquid eorum animus decreuerit, faciendi ad
etiam extraneas, & non deſcendentes, & de alia linea,
milia, & multo magis ad fœminas deſcendentes, maſcul
extantibus, tranſire poteſt. & nu. 30.
17 *Feudũ cum præiudicio deſcendentium alienabile, eſt etiã*
præiudicio præſcriptibile, maximè ſpatio longiſſimi tem
Præſcriptio in feudis eatenus, & ad illas perſonas ſe ext
quatenus, & ad quas alienatio extenditur.

18 Pr